Fragmentarium

Sed haec citius questio · III
solvitur si gestae rei tem
pus et ordo pensetur.
Ad iordanis enim fluenta
positus quia ipse redem
tor mundi esset et ille asseruit.
Missus vero in carcere
an ipse veniret requirit.
Non quia ipsum esse
mundi redemptorem
dubitaret. sed quaerit ut
sciret si is qui per se in mun
do venerat per se etiam ad
inferni claustra descen
deret. quem enim praecursor
mundo nuntiaverat.
hunc moriendo et ad in
feros praecurrebat. Ait ergo:
Tu es qui venturus es an alium
exspectamus. Ac si aperte
dicat. Sicut pro hominibus
nasci dignatus es an et
pro hominibus mori digneris
insinua. Ut qui nativita
tis tuae praecursor existi
te mortis etiam ...

Unde et inquisitus christus
enumeratis potentiae
suae miraculis de humili
tate suae protinus hum
litate respondit dicens.
Caeci vident claudi ambu
lant leprosi mundantur.
Surdi audiunt mortui
resurgunt. pauperes
evangelizantur. et bea
tus qui non fuerit scanda
lizatus in me. Visis tot
signis tantisque virtutibus
non scandalizari quisque
potuit sed admirari.
Sed infidelium mens grave
in illo scandalum pertulit
cum eum et post tot miracu
la morientem vidit.
Unde et paulus dicit. nos
autem praedicamus christum cru
cifixum iudaeis quidem scan
dalum gentibus autem stultitiam.
Stultum quippe hominibus
visum est ut pro hominibus
auctor vitae moreretur.

Kaiserl. Bibliothek Wien

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 2066, CodSerNov2066_1v – Gregorius Magnus, Homiliae in evangelia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-jyai/1888/22854)